



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

Engelhard, Johann Martin

Moguntiae, 1700

Titulvs XXXVI. De Religiosis domibus ut Episcopo sint subjectæ. Et Titulus
XXXVII. De Capellis Monachorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](#)

ligiosi obstringuntur. Ex quo patet ad statum Epili
giosum con*stituendum* requiri prim*o* tria vota *substantia*
l*ia* tit. 31. explicata; Secund*o* obligatione *perpetuam* ad dicta vota stabiliter ob*servanda*; Primi
tio, certam regulam a S. Pontifice approbatam *fin de Don. Relig.* Status religiosorum sic decla*rum*
duplex est, unus monachorum, alter Canonico*rum* regularium, qui licet quoad rigorem disciplina*rum*
regularis, & privilegia inter se differant, conveni*tamen* in substantialibus Religionis.

TITULVS XXXVI,

De

Religiosis domibus ut Episcopo
sint subjectae.

Et

TITULUS XXXVII.

De

Capellis Monachorum.

QUÆRES Quid sit religiosa domus
& cui subjicitur? Respond. Religiosadu*mus* est, quæ ad pium usum constitutæ
talis est Xenodochium, orphnotrophium, betro*phium*, nosocomium, &c item Ecclesiæ Basiliæ,
monasteria, aliisque conventus Religiorum.
his omnibus convenit inter Doctores quod tam
Ecclesiæ quam Capellæ, uti & Monasteria Religio*rum* Jure communi Episcopo subjiciantur, ita ut
Episcopo

Episcopus super eju modi locorum intra fines suæ
diocesos existentium subje ctione, visitatione fun-
dam habeat intentionem, nisi ea specialiter, videlicet
privilegio vel præscriptione eximantur. can. omnes
Basilica, c. 16. q. 7. can. monasteria, c. 18. q. 2. cap. consti-
tutus de relig. dom.

TITVLVS XXXVIII.

De

Jure Patronatus.

QUÆRES 1. Quid sit Jus Patronatus &
quotuplex? Respond. Definitur Jus Pa-
tronatus, potestas præsenten ti instituendum ad
beneficium vacans dividitur, in Ecclesiasticum & laicum
ecclesiasticum est quod competit alicui ratione Ec-
clesie; dignitatis, vel officij ecclesiastici quod ha-
bet, etiamsi originem habuerit à patrimonio laici,
& personâ laicâ sit, cui competit cap. un h.t. i: 6.
Laicum dicitur, quod alicui sive laico, sive Clerico
competit ratione proprii patrimonii; eo quod tale
beneficium fundaverit dotaverit, vel ejusmodi fun-
datoribus successerit. Adhuc aliqui jus patrona-
tus mixtum, quod partim ratione Ecclesie partim
ratione patrimonii competit.

QUÆRES 2. Quenam inter dicta p. trona-
tus jura sit differentia? Respond. Differentia in-
ter dicta patronatus jura est primo quod patronus
Ecclesiasticus habeat se vestire ad præsentandum, la-
icus non nisi quadrimestre. c. 27. 42. §. a i: 5. h.t. §. cap.
un. eodem i: 6. quod tempus currit non a die vaca-
tionis, sed à dienotitiæ. Secundo, quod patronus
laicus uno præsentato, alios insuper intra quadri-
mestre

B b 3

mestre